



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320219>

9

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GULLIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOL. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHIL. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HENRICUS LUDOVICUS MAURITIUS LUDEN,

Amstelodamensis.

A. D. MARTII NOVEMBRIS A. MDCCCLI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE,
MDCCCLI.

THESES

LEBIDICAE INAUGURALES

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

IN ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

CONSEILLO GUILIELMO OSWALDO

ARTICULO SEPTIMO ACADEMIAE CONGRUO

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

DE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS

TYPIS GIBSON & DUMONT

THESES.

I.

Hereditatis petitio institui potest contra eum, qui bona fide pro herede usucepit.

II.

Fidejussorem beneficio cedendarum actionum frui, contra Cl. SAVIGNIUM *Obligat.* I, p. 276, defendo.

III.

Actio praescriptis verbis non datur illi, qui decem nummos mutuo dedit, ut undecim accipiat.

IV.

Filiusfamilias ratione peculii castrensis tenetur ultra quam facere potest.

V.

In l. 7 § 2 D. *depositi* datur depositario privilegium, non autem in l. 24 § 2 D. *de rebus auct. jud.* — SCHULTINGIO assentior illam difficultatem esse tollendam dicendo in l. 7 § 2 D. *depositi* agi de deposito regulari, in l. 24 § 2 D. *de rebus auct. jud.* de deposito irregulari.

VI.

Usufructuarius qui aedificavit in fundo fructuario uti potest art. 658 Cod. Civ.

VII.

Liberi naturales non agniti, a matre alimenta petere possunt et ei succedunt si maternitas probata est.

VIII.

Rei vindicatio competit in quemlibet detentorem ex gr. depositarium, nec differt an dominus vel alius apud eum deposuerit.

IX.

Si mandans et procurator eodem die nuptias contrahunt, nuptiae non valent.

X.

Non assentior Cons. 's JACOB *Ned. Jaarb. voor Regtsg. en Wetg.*, 1850, pag. 288 seqq. derelictione creditoribus ex art. 324 Cod. Merc. facta tolli privilegia creditorum, qui actionem contra exercitorem retinent.

XI.

Non assentior Cons. BOULAY-PATY *Traité des faillites*, I, pag. 39, statuenti mercatorem qui a creditoribus dilationem solutionis impetravit, foro cedentem declarandum esse.

XII.

Per derelictionem navis ex artt. 324 et 335 Cod. Merc. dominium in creditores transfertur, qui *ὑπεροχην* restituere non tenentur.

XIII.

In art. 249 Cod. Merc. actio contra acceptantem

non excluditur, quod defendo contra scriptorem in *Regtsgeleerde Adviezen*, III, pag. 161.

XIV.

Qui piscationem in aqua aliena exercet sine consensu domini, etsi a Praefecto sylvarum et aquarum (opper-houtvester) licentia impetrata, incurrit in poenam art. 48 legis 44 Julii 1814 *Staatsblad* N^o. 79.

XV.

Delictum perfectum, quippe delinquendi conatus tantum, minore poena affici debet, quam delictum consummatum.

XVI.

Qui gratis in cauponam receptus illic furtum commisit, punitur ex art. 386 N^o. 4 Cod. Poen.

XVII.

Interpretatio alicujus operis peregrini non obstat, quominus alius ejusdem operis interpretationem novam typis mandare possit.

XVIII.

Optime THIERS, *de la propriété*, pag. 210, dixit: «la

concurrence est la source de toute amélioration dans le sort des classes pauvres; la concurrence écartée, il ne resterait que le monopole au profit des ouvriers associés, au détriment de ceux qui ne le seraient pas."

XIX.

Si major merces statuitur epistolarum quarum merces praenumerata non est, mihi videtur institutum signorum epistolis injungendorum (postzegels) majorem utilitatem praebiturum esse.

XX.

Eleganter DE MONTYON, *Influence des impôts sur la moralité des peuples*, Collection des Principaux Economistes XV, pag. 375: » Vu dans son essence, l'impôt est une institution juste, sage, bienfaisante; s'il distrait une portion de la propriété privée pour la transférer à la propriété publique, le sacrifice de cette portion paie la garantie de la totalité. Dans la réalité, le contribuable, en acquittant le tribut qui lui est imposé, ne fait qu'un placement d'argent dont il tire un fort intérêt."

XXI.

Opulentia nationis finitimae mercaturae prodest.

XXII.

Systema, quod dicitur beneficentiae legalis, conse-

quenter applicatum perducit ad communismum, hoc est classis pauper devorat alias classes.

XXIII.

Erronea videtur eorum sententia, qui censeant debitum publicum augere civium divitias

XXIV.

Artium disciplinarumque doctoribus iisque de quorum doctrina legitime constat jus suffragii concedendum esset.

XXV.

Minus probanda sententia Ampl. DE BOSCH KEMPER, *Handleiding tot de kennis van het Nederlandsche Staatsregt*, pag. 65, civitatem amitti accepta peregrina nobilitate.

XXVI.

Salus publica magis ex ingenio et moribus populi quam ex imperii forma pendet. Reipublicae moderatores sciant se Deo aliquando rationes regiminis reddituros, et omnis boni quod perficere potuerint laudem Deo tribuendam esse; subditi imperantes colant, et praecipue a Deo et ex officiorum praestatione felicitatem sperent, ita populus optimis fruatur cautionibus.